

















Canova fe. *C. Agricola del. et sc. 812*

MONUMENTUM

AETERNAE MEMORIAE

MARIAE CHRISTINAE

ARCHIDUCIS AUSTRIAE

A SER. CONJUGE ALBERTO SAXONE, DUCE TESCH.

VIENNAE IN TEMPLO D. AUGUSTINI E MARMORE ERECTUM

OPERA ANTONII CANOVAE EQUIT. ROM.

MDCCCV.

CARMEN POSTHUMUM

J. MELCHIORIS NOB. A BIRKENSTOCK.

ACCESSIT INTERPRETATIO GERMANICA AD VOTUM AUTHORIS A FAMILIARI TENTATA.

Compositus cinis, tumulique in marmore carmen.
Ovid. Fast. Lib. III.

VINDOBONAE

EX TYPOGRAPHIA DEGENIANA.

MDCCCXIII.

PROLOGUS.

En! optata diu, celso stat condita templo,
En, opus aeternum, niveo de marmore moles,
Ornatura sacros regali funere Manes,
CHRISTINAE, heu! nunquam remeantis, Mausoleum;
Artis Phidiacae decus ingens, Hellade dignum,
Atque ALBERTINI lacrymabile pignus amoris,
Conjugis infandis pia pectora saucia curis,
Jacturaeque pares luctus saevosque dolores
Testatura palam pretiosi pompa sepulcri.
    Stat; visu attoniti cuncti obstupuere silentes;
Dux pollens studiis oculis vix credere visus;
Obstupuere simul Proceres, Academia, CAESAR;
Quin et turba rudis visu insatiabilis haeret.
Vixque pavimento cistis depromta reclusis
Marmora, fortuito casu nullo ordine stabant;
Jam lustrant avidi: palpant artusque pererrant,
Et spirare rati, lacrymis mirantur obortis.
Hic clamat: vivunt, flent suspirantque dolentque,
Exequias ducunt, et mollia saxa parentant;
Alter, tantarum perculsus imagine rerum,

A

Anceps, an rapiat mage singula gratia formae,
An collecta operis cum majestate venustas,
Artificisque animi decor, et coelestis origo.
Non hic horrisono terretve Diespiter igne,
Excsis seu foeda genis et lurida larva;
Hic mors tranquillo tenerescit mixta dolori,
Emollitque sacer decor atri spicula Lethi.
Undique terrenae merita immortalia vitae,
Adque Creatorem superasque volatus ad arces.
Funus, at insolitae spectacula regia pompae
Apta coronatae stirpi, templique columnis.
Blanda quasi tremulo modulamine mulceat aures
Musica et angelicos comitans chelys aurea cantus,
Non aliter ciet affectus, jamque intima mentis
Triste premit praestans opus alterneque serenat;
Sicut et in numerum vox omnis confluit unum,
Disparibusque sonis major dulcedo resurgit,
Sic et diversis sexu ac aetate figuris
Harmonicam proba massa notam recto ordine servat,
Et quo plus spectas, ubertas plena stuporis
Artis et ingenii sese magis usque recludit.
Inclyta gratatur sibi Vindobona, triumphans,
Tantum opus, auctoremque virum comprendere muris.
Conclamant, plausu resonant laquearia templi;
Conclamant cives et vix non invidus hospes;
Consona vox: ALBERTE, diu, Dux optime, vive!
Vive diu felix et Tu, mirande CANOVA!





VXORI . OPTIMAE
ALBERTUS .

Ad dextrum muri latus inclinata recumbit
Pyramis, ut Reges Memphis tumulare solebat,
Romaque Scipiadas, solido fundamine nixa:
Pars, novus unde decor, sinuoso instrata tapete;
Alta basis quatuor, ter denas longaque palmas,
Larga novem, binique gradus ante ostia cryptae
Surgunt, cuncta simul glauco de marmore fulgent.
Praeripit hic oculos, haerens sub culmine coni,
Prostypa, in ovato castigatissima campo
CHRISTINAE effigies. Placidissima gratia vultus,
Aemula THERESAE, formosae Matris imago,
Exanimique superstes opus quasi reddidit arte
Dilectam ARCHIDUCEM. Sic ora oculosque ferebat.
Squameus, in spiram serpens circumfluus ambit,
Icon aeterni nunquam revolubilis aevi.
Sustinet, empyrei properans ad limina coeli,
Aetherea, insolitoque humeros perfusa nitore,
Pendet, ut aura, levis, seu mens, pars ignea nostri,
Exhilarata suis, quae dat lautissima, donis,
Exhilaransque nova dulcedine, terrigenarum
Quam nemo gustare potest, nec senserit unquam,
Majori ambrosia, veteris seu nectare Olympi,
DIVA, beans animas, compensatrixque laborum,
Blanda, serena QUIES, IMMORTALISQUE VOLUPTAS.

Brachia, crura, pedes, lumbos, tunicamque venuste
Undantem, et fluidos per lactea colla capillos
Suspice, et erectos quasi nullo pondere motus;
Dixeris, aerio volitantem ad sidera cursu,
Atque oculis profugam mox evanescere formam.
Obvius ecce, sacra superum demissus ab arce,
Coelestis genius, facie gratissimus infans,
Lucida membra vibrans, plaudentibus advolat alis,
Moxque Ingressurae portum sedesque beatas
Porrigit auratam, meritorum proemia, palmam.
Quantus in ore decor, quam laetus fulgor ocellis,
Quam suavi angelicus puer afflat pectora risu!
Occinit, aut credis fraternam audire salutem:
„ Jamque sodalis, Have, nobis ter amabilis hospes,
„ Stella, reposcentis remeans ad culmina coeli!
„ Relligio, à teneris qua Te imbuit optima Mater,
„ Nutriit Aulai in medio; Tibi provida semper
„ Fida comes pietas, et in omni candida vita
„ Exsuperansque genus morum intemerata venustas.
„ Haec Tua Te, saevo cum morbo fracta jaceres,
„ Sustinuit virtus et in ipsa morte refulsit.
„ I nunc, aeternam cape fortunata coronam!"

Ast infra quam moesta mihi spectacula, quanta
Et non vulgaris testis certissima luctus,
Pompa sepulcralis festo sese ordine pandunt!
Exequialis honos et acerbi scena doloris.





En, quae cara sinu tutabitur ossa, cavernam,
Ostiolumque patens; intus caligo, tenebrae,
Et gelidum et caecae longaeva silentia noctis.
Quis calor insuetus, quisnam sacer occupat artus
Horror et ignoto quatit intima viscera motu!
Altera lux oculis, alius circumfluit aether,
Praesentemque Deam late halant omnia circum;
Namque DEA est, gressu et toto venerabilis ore,
VIRTUS, prima sacrae PIETATIS et inclyta proles.
Ut plenum aspicio manifesto numine vultum;
Sponte cadit flexus poples, ut pronus adorem,
Et pia thura feram: Tanta est venientis imago!
Incedit Matrona, cui maturior aetas,
Et qualem veteres suevere effingere Vestam
Mnemosynenque novem dominam matremque sororum.
Defluit in colla et teretes sine lege soluta
Caesaries humeros, quam sola corona coercet
Nexa auro et ramis baccisque virentis olivae,
Imperturbatae nota facundissima mentis.
Incedit tunica se rite ad membra plicanti
Vincentique nives, quam longo syrmate peplum
Et rutilans limbus solenni more recondunt.
Sic venit insignis splendore ac divite cultu,
Inque adytis versata diu, nunc magna sacerdos,
Mandatrix operum, sacrique antistita templi.
Ambit suave jubar cum majestate dolentem.
Relligiosa, sacro defixa in mortis honore,

Per strata umbrosae procedit ad ostia cryptae,
Lenta gradu, lugubre silens, meditansque superna,
Atque, verecundos oculos demissa caputque,
Ipsa gerit, sanctos cineres quae continet, urnam,
Relliquias, eheu! CHRISTINAE, heu! flebile munus!
O quam parva capit mortalia quaelibet olla!
Tortilibus flores urnam cinxere coronis,
Tessera supremi tetra de morte triumphi,
Signa renascentis, veluti violaria, vitae.

Praecedit, ducens pompam, taedaque corusca
Explorans aditus, jam descensura profundum,
Provida, sacrorum, purissima virgo, ministra,
Tantum retro: — operis namque hoc structura reposcit,
Ah! jactura gravis! — tantumque a tergore visa.
Vidi ego: — adhuc o quanta mihi meminisse voluptas!
Adversam vidi, mihi nulla parte negatam,
Frontem, colla, genas, cum pectore brachia et ulnas,
Virgineumque sinum, suavesque in corpore flexus;
Perspexi unguiculos, digitos manuumque pedumque,
Atque antica brevis lustravi tegmina pallae,
Compositasque plicas passus genuumque sequaces,
Et tenues pannos et translucentia membra.
Perculit ambiguam suavis confusio mentem,
Quid mage quaquaversum errantia lumina stringat;
Undique docta manus, scalprumque Polycletaeum.
Juno, Minerva, Venus, vix ortae, in flore juventae,





Aemula quaeque suo, concretae corpore in uno,
Ad vocem artificis coelum liquisse videntur;
Tantus in ore decor, tanta omni ex parte venustas!
Sed procul hinc, celebres forma et livore Tragoedae!
Quaerite condignas vestris, vaga turba, latebras
Blanditiis, alacresque artus obducite velo.
Abripit Haec animos, vestrae miracula formae
Titillant sensus et nil nisi vana relinquunt.
Quantum circaeis praestat fons purior herbis;
Talibus illecebris tantum Haec sublimior extat.
Non hic flammivomus constringit lumina Titan;
Cynthia, gramineos qua lux argentea campos
Permeat, aut roseo splendescens Phosphorus igne;
Eva recens, stans ante Patrem sine labe creata. —
Integritas, infansque pudor, pietasque fidesque
Candidulam, niveamque animam sine criminis umbra
Condecorant; totam reverentia Numinis implet.
O cara, omnigeno dotata puella nitore,
Blandula, quam Charites enutrivere, mihique
Carior Armida, Medicaeaque Aphrodite!
Crescit et omne decus luctu et languore sereno.

Haud secus ac coelo radiat, solemque cadentem
Subsequitur, notisque viis et gressibus haeret
Hesperus, occidui comes immutabilis astri;
Altera sic sequitur Dominam, vestigia retro
Tarda premens, parili cultu, similique juventa,

Mysta parentalis, socii non degener oris;
Utraque nuda pedes; plantarum nulla ministris
Tegmina; nam solis sunt haec concessa Deabus.
Dic, ubi major honos oris, splendorque genarum,
Candidior cervix, majorque modestia frontis,
Lucentesque oculos ubi guttula purior implet?
En ita lacteolum praestans Latonia pectus
Atque fugax Daphne, sic fons Arethusa gerebant;
Sic et in Alcinoi gemmabat surculus hortis,
Et tenera Idalio florum regina roseto
Vere novo nitidum molli caput explicat alvo,
Jamque rubet, fragratque et pleno germine turget.
Fax laevo resupina humero sublime refulget.
Haec serti extremos compresso pollice flores,
Illa tenet primos, medium complectitur urnam;
Conglobat et serpens unam tres pulcra catena
In formam species, facili per brachia jactu.

Emicat aulaeis et inambulat alta supinis
Altera Diva, cui PIA MUNIFICENTIA nomen.
Matronalis honos sedet ore, renidet amictu;
Vultus amicam hominum, largitricemque bonorum
Denotat, afflictis promtam sucurrere rebus.
Illa favens inopi, tremulam miserata senectam,
Imbellem viduam, puerosque parentibus orbos
Respiciens fractumque malis, relevansque jacentem,
Sordidulamque togam non aspernata, nigrasque





Saepe labore manus, lacerataque tegmina plantae,
Agnoscens gemitus, gaudens recreare gementes,
Affatu facilis, duraeque ignara repulsae.

Multa dolens et multa gravi sub corde volutans
Atque decussatis presso sub pectore palmis,
Languida dilectae funus comitatur alumnae.

Huic similes animos dederat natura, manumque
Assuetam innumeros donis compescere luctus.
O quam blanda fuit miseris, saepe anxia, mater,
Solatrix, crebro pudibundis obvia curis,
Ingenita bonitate dolens spectare dolentem!
Hoc satis, esse homines, aeterno patre creatos,
Cognatos vultu sublimi animaque perenni.

Haeret Divae ulnis, gradibusque adrepit anhelans
Osseus, incurvus — cutis arida, succiduum crus —
Luce carens, annis et paupertate caducus,
Grata mente senex, trepidans nudusque lacertos,
Praetentansque vias agresti stipite, dextra
Innitente simul, magno conamine scandit,
Ipse sepulcralem flores sparsurus ad aram,
Singultans, imoque trahens de pectore questus,
Non licuisse sua mortem praevertere morte.

Adstat lugenti socio, non dispare sensu
Excita vix teneris infans paupercula cunis,
Invalidoque senis dat sustentacula cruri;

Heu! jam jam ingentis jacturae conscia; matrem
Saepe salutarat, quam nunc lacrymatur ademtam.
Ut jungit molles versus bona sidera palmas,
Latura extremos cineri Tutricis honores,
Exoransque Animam, ne celsis deserat astris!
Ut dum venantis plumbo matercula nidi
Concidit, implumis juvenile palumbula guttur
Exercere pavet; vocem gravis obstruit angor;
Moesta silet, sortem meditans jejuna futuram:
Sic pallet, tacitumque gemit virguncula supplex.
Haec tria in obliquum sinuata et singula recto
Dispartita loco, florum nova rite catena
Conglomerat copulans et in unum colligit orbem.

Proh! quaenam a laeva rapit hinc moeroris abyssus!
Quis jacet infusus scalis libycoque leoni,
Indulgens lacrymis squallensque parensque dolori?
En infelicis Genius sine conjuge Sponsi,
Maxima pars operis, quae sacrum aenigma recludit,
Phidiacae supremus apex ac terminus artis.
Veste carens, tantum croceo bombycina limbo
Per femur ampla chlamys fluitat, castrensis amictus,
Arcitenens, si rite Deum et Pythona recordor,
Sic venit insignes artus spectatus Apollo.
Stant humeris patulae pennis velocibus alae;
Dexter villosi premit hispida terga lacertus
Custodis; resupina jubis jacet inclyta cervix.





Scilicet hic vires animi roburque probatum
CHRISTINAE, exemplum lugenti imitabile Sponso,
Exprimit, ante fores tranquilla sede quiescens.
Alter ad umbonem lento languore recumbit,
Regalisque manus notat infra insignia stirpis;
Altius Austriadum scuto caelata refulgent.
Poplite pars dextro cooperta genuque recurvo,
Dum proclive cadit laevum crus, et basis oram
Excurrit pes et talus torpore gravescens.
Saxa sub Odrysii cithara duxisse choreas
Crediderant; nobis hic saxa animata loquuntur.
Nonne audis, longo ut gemitu loca Sponsus adimplet,
Vulnere majori, quam quod mens ferret et aetas,
Saucius, exosus terras et munera vitae,
Incusans fatum, non posse occumbere morti,
Umbraque dilectae comes associarier umbrae.
Ingemit:
» Heu! nimis atra nefasta dies, quae rumpit anhelum,
» Saepe tenax Stoae, cataphractum in turbine magno,
» Nunc vacuum votis, inconsolabile pectus.
» O mea Penelope! mea Lux, mea Spes, mea Conjux,
» Flosque basisque meae, sine Te mihi semper inanis
» Cum Croesi gazis atque auri pondere vitae!
» Inter formosas formosior usque sorores
» CHRISTINA! et vinclo mihi consociata jugali!
» Viventem colui, lacrymor nunc contumulandam.
» Stringebat laetas dulcis concordia mentes;

„ Invida jam sacros nexus Libitina refringit.
„ Ah! placidus nobis per tempora fluxerat annus:
„ Tum jam jam moestas timui, mea Cara, cupressos,
„ Obtuleramque meam pro Te, Dulcissima, vitam.
„ Parcite, clamabam; tunc parcere fata sciebant,
„ Terrentemque diu bona sors averterat ictum.
„ Nunc abes, et vivo, nunc post Tua fata superstes,
„ Ignotusque mihi: tantus Te perdere luctus!
„ Pone sequar viduus; rostro dolor acer adunco
„ Viscera corrodit, terrenaque membra resolvit.
„ O! quae nunc oculos aeterno in lumine figis,
„ Respice! saepe mihi, quamquam sine corpore, praesens.
„ Tangar, si Tua me genialis obambulat umbra:
„ Tunc nardi coelestis odor, perque alta cubilis
„ Flammula dulce micans, mollesque hinc inde susurri
„ CHRISTINAE ALBERTO praesentis nuncia sunto!
„ Dum pater aeternus melioribus evocet auris,
„ Teque triumphali radiantem in luce salutem,
„ Atque die magna Tecum hac in carne resurgam."

EPILOGUS.

Ille ego, qui quondam Friderici fortia facta,
Et jubar et maculas, insueta voce, stiloque,
Quo doctae parium signabant marmor Athenae,
Postque Palatini jacturam et flebile funus
Laudesque aeternas, nullo invitante, canebam;
Quique dein, resono rauca inter classica plectro,
Pannoniae Proceres, cives, lectamque juventam
Pro Rege, et sacrae Stephani pro laude coronae
Austriadumque domus pro majestate parabam
Affari, et calidam stimulare in proelia gentem.
Gratum opus Austriacis, opportunumque cruentis
Temporibus: condigne ultro suscepta peregi.
Solus amor regni, sola ussit gloria pectus,
Non mala cura lucri; nil sunt data crustula Musae,
Quaesita aucupio; Musis namque altior est mens.
Suasit opus sacri constans reverentia Regis,
Et dudum invictae decus inviolabile gentis.
Ingenuo vires dat gloria nescia mortis.
Et placuere modi. Ast nunc tenerrima sensa
Alberti, dotes Christinae, quaeque locavit
In templo illustris Venetus miracla, juvabat
Tradere mansuris peregrino vocibus orbi,
Et telam ingentem facili deducere filo.
Scilicet exhilarat caelo spectare Canovae

Nostro magnificum Periclis connectier aevum;
Suave, vetus Babylon, Etruria, Roma, Corinthus,
Vestrum ad nos genium, vestras artesque reverti,
Artes, quas, heu! cruda nimis sepeliverat aetas,
Vandalicusque furor turpisque libido ruinae,
Et pseudo artificum puerilis presserat ardor.

Vidi opus, atque imas scrutatus ubique latebras
Spectatorque frequens saturatus et usque recessi.
Simplicitate ingens, et nil nisi pondera rerum,
Lectaque congeries, et significantia verba;
Hic vulgare nihil, tritum aut servile vagumque,
Momentosa simul gravitas, simul undique splendor.
Vidi, fertiliusque meo licet omnia poscant
Barbiton ingenio, juvit tamen alta triremi
Aequora, seu tenui potius percurrere cymba,
Solus ego remex, solusque in puppe magister.
Tentavi, auxilio veteris confisus amicae,
Increpuique lyram; nec me pia Musa fefellit.
Exegi. Nostris si Dux bonus annuit ausis,
Cunctaque me Venetus rite explanasse fatetur,
Sidera sublimi pulsabo vertice; Carmen
Europaeque legent populi, serique nepotes;
Carmen amant artes, et amat gens carmine digna.

Musa vale; torpor jam tardos occupat artus,
Infringuntque animum morbi, pejorque senectus,
Atque impendentis fragor et discrimina belli.

Scrib. III. Cal. Oct. MDCCCV.

VERSUCH

EINER DEUTSCHEN METRISCHEN ÜBERSETZUNG

DES LATEINISCHEN GEDICHTES

MONUMENTUM

AETERNAE MEMORIAE

MARIAE CHRISTINAE

ARCHIDUCIS AUSTRIAE

REL. REL.

Die beygesetzte Asche, und auf dem Grabhügel das Leichengedicht in Marmor.

Ovid. Jahrb. III.

E



PROLOG.

Da steht, erwartet lang, die Schöpfung
Aus blendend weifsem Marmor
Im hohen Tempel aufgerichtet:
Da steht das unvergängliche,
Der Kunst der Phidiasse Meisterwerk,
Der schönsten Zeiten Hella's würdig,
CHRISTINENS Mausoleum,
Bestimmt mit königlichem Pompe
Der ach! zu uns nie wiederkehrenden
Heil'ge Asche zu verwahren.
Ein wehmuthsvolles Unterpfand
Der reinsten Gattenliebe;
An Pracht der tiefen Trauer gleich;
Ein öffentlicher Zeug' des Schmerzens,
Der ALBERTS Herz zermalmt.
Es steht: man staunt in feyerlicher Stille;
Dem Herzog scheint sein Kenneraug' getäuscht;
Erstaunen reifst die Künstler,
Die Grofsen, den MONARCHEN hin:
Sogar der rohen Menge stumpfer Sinn
Ersättigt sich am Anblick nicht.

Kaum los der Hüllen, die sie schützten,
Noch ohne Ordnung hingestellt,
Durchspäht die Statuen schon jedes Aug;
Befühlt wird Theil für Theil:
Man glaubt ihr leises Athmen zu bemerken;
Hervor drängt eine Thräne sich;
Sie leben, ruft in der Entzückung, einer aus,
Sie weinen, seufzen, klagen,
Die weichgebild'ten Steine,
Und bestatten feyerlich,
Den Leichenzug begleitend.
Betroffen von so vieler Gröſse,
Weiſs selbst ein anderer es nicht, ob fester
Die Grazie in jeder Form ihn hält,
Ob mehr der seltene Verein
Der Hoheit mit dem Reitz' im Werke,
Im Meister mehr der edle Sinn,
Das himmlische Genie ihn fesselt.

Hier schreckt nicht, Blitze schläudernd, Zevs
Mit seines Donners fürchterlichem Rollen;
Hohlwangigt und erblaſst zeigt nirgends hier
Des Todes scheuſsliches Gerippe sich:
Verschmolzen sanft in ruhevolle Wehmuth
Hat Vorgefühl der Seligkeit
Schon seinen Stachel abgestumpft,
Und das Bewuſstseyn der hier nieden
Gesammelten unsterblichen Verdienste
Hebt himmelan den raschen Flug.

Des Leichenzuges ungewöhnliches Gepränge
Entspricht dem königlichen Stamme,
Und der Erhabenheit des Tempels.

Dem Ohre schmeichle liebliche Musik
Durch ihrer Töne sanftes Beben,
Und der gedämpfte Klang der Silbersaiten
Begleite den Gesang der Engel:
Nur so kann sie Empfindung wecken.
Ihr gleich ergreift das hehre Trauermonument
Der Herzen Innerstes gewaltig,
Und flöfst bald süfsen Trost in selbes,
Im Wechsel bald die Bitterkeit der Schwermuth ein.
Wie im Zusammenschall verschied'ner Töne
Die Zauberkraft der Harmonie verborgen liegt,
So schmiegen auch hier wundersam
Figuren jeden Alters und Geschlechts
Zum schönen Ganzen sich zusammen.
Je mehr man schaut, je mehr entwickelt
Sich dem erstaunten Blicke
Der Kunst und des Genies Fülle.
Die deutsche Kaiserstadt frohlockt,
Durch so ein grofses Werk berühmter noch zu werden,
Den Schöpfer selbst davon
In ihren Mauern zu bewirthen.
Ein Aufruf nur erschallt,
Den die Gewölbe wiederhallen,
In den, nicht ohne stillen Neid, der Fremdling stimmt:
Der Fürsten Bester, Albert! lebe
O! lebe lang, und glücklich! und mit dir
Auch du, genug nie zu bewundernder Canova!

Es neigt entlang der Mauer, rechts,
Sich eine Pyramide hin,
Wie Memphis einst den Königen,
Wie Rom den Scipionen setzte.
Auf einem Fuſsgestelle ruht, vier Palmen hoch,
Neun breit, und dreyſsig lang,
Sie unerschütterlich. Ein Teppich wallt,
Der Zierde mehr verbreitend,
Beugsam über einen Theil desselben.
Zwo Stufen führen zu dem Eingang
In die gewölbte Gruft hinan:
Dem ganzen Baue aber leiht
Ein grauer Marmor seinen Glanz.
Gleich unterhalb der Spitze haftet,
Und reiſst den ersten Blick auf sich,
In einem Eyrund eingeschlossen,
Christinens täuschend Ebenbild
In halb erhabner Arbeit.
Wie reitz- wie anmuthsvoll die Miene,
Der schönen Mutter, dir Therese, abgeborgt!
Erstanden wieder durch die Kunst
Bist du — und bleibend itzt — zurück
In der geliebten Tochter uns gegeben:
So lächelte dein Mund, so strahlte sanft dein Aug'.
In sich gekrümmt legt rings,
Der Zeiten stäten Kreislaufs Sinnbild,

Sich eine Schlange um das Brustbild her,
Das ein zum Himmel eilend Wesen hält.
Es schwebt von nie geseh'nem Glanz umflossen,
Wie reine Luft, wie unser Feuerhauch, die Seele,
Im eigenen Genusse froh
Der reichen Gaben, die es spendet,
Der neuen Süfsigkeiten froh,
Die es den Erdbewohnern biethet,
Die besser, als die Götterspeisen,
Ambrosia und Nectar schmecken,
Die nie ein Sterblicher gekostet,
Selbst zu verkosten nicht vermag,
Schwebt es, das überird'sche Wesen,
Das kurze Arbeit dauernd lohnt,
Beglückt die Aufgelösten macht,
Die Wonne der Unsterblichkeit.
Das wogige Gewand, ein Spiel der Lüfte,
Wie es sich an den Umrifs schmiegt!
Sieh auf der runden Arme schöne Haltung,
Des leichten Fufses ungezwungene Bewegung,
Der schlanken Lenden Wellenlinien!
Sieh! ungekünstelt, wie die Locken
Herab sich auf den weifsen Nacken ringeln;
Gewichtlos wie, gerichtet in die Höhe,
Sie auf zur Sternenbahn sich schwingt!
Man glaubt den schnellen Flug, ja! das Entschwinden selbst
Der luftigen Gestalt zu sehen.
Es flattert der Verklärten,
Als liebreitzvolles Kind,
Von dem erhab'nen Sitz der Gottheit abgesandt,
Ein Genius entgegen.

Er wiegt sich schimmernd in der Luft,
Er schwirrt ihr jubelnd Beyfall zu,
Und überreicht der schon den sichern Hafen,
Den Aufenthalt der Seligen, Erreichenden
Den goldnen Palmenzweig,
Gereifter Tugend Lohn.
Wie thront auf seinen Lippen Lieblichkeit?
Der Freudenblick, wie er aus seinen Äuglein strahlt!
Wie sanft umweht das Lächeln uns des Engelchens!
Melodisch stimmt, o! hört ihn doch!
Den brüderlichen Grufs die Silberkehle an:
„Sey mir, itzt schon Gespielinn,
„Sey drey Mahl allen uns, geliebter Gast, willkommen!
„Du in den Kreis der Sphären
„Zurück gerufenes Gestirn!
„Es nährte mitten in des Hofes Wirbeln
„Dich die Religion, in's zarte Herz
„Tief von der besten Mutter eingesenkt.
„Als unzertrennliche Gefährtinn stand
„Dir, wachsam, stets die Frömmigkeit zur Seite:
„Dein ganzes unbeflecktes Leben durch
„Geleitete der Sitten Strengheit deine Anmuth:
„Die Tugend gab dir Muth und Kraft,
„Als schmerzenvolle Krankheit dich erschöpfte;
„Nie zeigte selbst sich ihre Stärke mehr,
„Als eben in dem letzten Kampfe.
„Komm nun, Beglückte, komm,
„Die ew'ge Krone zu empfangen!"

Was aber stellt sich unten mir,
Des tiefsten Leides sicherster Beweis.

Für ein betrübter Anblick dar?
Heran naht sich in feyerlicher Ordnung,
Die letzte Abgeleibten zuerkannte Ehre,
Ein Sterbgepräng, des herbsten Schmerzens Auftritt.
Sieh da die Gruft! geöffnet schon
Das Pförtchen in dieselbe,
Der theuren Asche künft'gen Schutzort;
Darinne Todesfrost,
Und Grabesfinsterniſs, und Qualm,
Und die grause Stille
Einer unermeſslich langen Nacht.
Was aber lodert für ein Feuer
In mir, so nie empfunden, auf?
Woher der heil'ge Schauder,
Der plötzlich mich ergreift, mein Innerstes durchbebt?
Mir glänzt ein hellres Licht, umher weht reinre Luft;
Es duftet mir ein Wohlgeruch entgegen:
Rings um verkündet alles — alles laut
Das Daseyn einer Gottheit.
Ja! eine Göttinn ist es, unverkennbar
Am Antlitz, an der Würde des Einherschreitens,
Am Ehrfurcht Heischenden — Gebiethenden.
Zugegen ist die Himmlische,
Die erstgeborne Tochter
Der Frömmigkeit, die Tugend.
Kaum wag' auf die erhab'ne Stirne,
Die offen das Gepräg
Der Himmelsabkunft an sich trägt,
Ich schüchtern einen Blick zu werfen,
Und schon beugt sich von selbst das Knie,
Von selbst streckt sich die Hand zum Weihrauch streuen aus.

Ich stürze zur Anbethung nieder:
So reifst mich ihres Eindrucks Macht dahin.
Wie Vesten einst, und wie Mnemosynen,
Der Pierinnen Mutter und Gebietherinn,
In Erz und Stein die alten Künstler bildeten,
So tritt auch als Matrone sie,
In Jahren mehr heran gereift, einher.
Es fliefst das ungebund'ne Haar,
Das auf dem Scheitel nur ein Kranz,
Der unerschütterlichen Seelenstärke
Beredtestes Erkenntnifszeichen,
Aus früchtetragenden Olivenzweigen
Mit Gold verschürzt, zusammen hält,
Den schlanken Rücken frey herab.
Ihr Anzug, der genau am Leib sich legt,
Ist eine selbst den Schnee beschämende Tunik,
Die mit der langen Schleppe,
Und mit dem reich gestickten Saum
Der festlich umgeworf'ne Mantel deckt.
Durch Pracht und Reichthum im Costüm, mehr noch
Durch eig'nen Abglanz ausgezeichnet,
Zieht sie als Oberpriesterinn, und als
Anordnerinn der feyerlichen Handlung,
Vertraut schon mit dem Heiligthum', in selbes ein.
In ihr vereint der würdevollste Schmerz
Sich mit der höchsten Lieblichkeit.
Langsam schreitet, traurig schweigend,
Sie auf dem hingestreuten Teppich
Zum Eingang in das schattige Gemach,
Und schlägt, das Haupt gesenkt,
Die zücht'gen Augen nieder.

Vertieft in die Vergänglichkeit,
Das Überirdische erwägend,
Trägt sie im Hochgefühl der Andacht
Das kläglichste Geschenk, die Urne,
Die ach! das Einzige, was uns von dir, CHRISTINE!
Noch übrig bleibt, die heil'ge Asche in sich schliefst.
Wie klein der Raum für so viel Gröfse!
Es schlingen Blumenketten sich um selbe:
Sie deuten auf den letzten
Dem Tode abgekämpften Sieg,
Und gleich neu aufgeblühten Veilchenbeeten,
Auf eines bessern Lebens Wiederkehr.

Behuthsam geht, die Fackel in der Hand,
Der Krümmung Dunkel zu erleuchten,
Des Tempels erste Dienerinn,
Der reinsten Gottgeweihten eine,
Bereit hinab zu steigen schon,
Als Führerinn des Zugs voran;
Gestellt von rückwärts aber nur:
So hat des Ganzen Anlag' es erheischt.
Welch ein Verlust, nur so gestellt sie sehn zu können!
Ich sah, mit Wonne denk' ich noch daran,
Ich sah sie frey; von allen Seiten ward
Sie zu bewundern mir gegönnt;
Der Hals, die Brust, das Wangenpaar, die Stirne,
Der jungfräuliche Busen,
Der vollen Arme Rundung,
Der Ellenbogen weicher Bug,
Des Körpers sanfte Wellenlinien,
Nichts, nichts entging dem gier'gen Blicke,

Selbst nicht die zarten Nägelchen an Hand und Fuſs.
Ich sah, wie vorn sich fest am Leibe
Der kurze Mantel schmiegte;
In welche Falten sich bey jedem Schritt
Das Unterkleid, dem Knie folgsam, legte;
Wie durch die dünne Draperie
Sich jeder Schwung der schönen Formen stahl.
Gewiegt stand ich in süſsen Taumel da;
Wohin ich aber auch die Forscherblicke warf,
Da zeigte überall sich die gelehrte Hand,
Und Polykletens Meiſsel.

Es scheint, als hätten sich auf das Geheiſs des Künstlers
Minerva, Juno, Venus,
Entstanden kaum, in vollster Jugendblüthe
Herab von dem Olymp gelassen,
Zum Vorbild ihm die Reitze einzeln herzuleihen:
So schmolz vereint in der allein,
Der Schönheit ganzer Inbegriff zusammen.
Entfernet aber euch, nur durch Gestalt
Und wechselsweisen Neid, Berühmte!
Für eure Blendungen, Verirrte! wählt
Gebührendern Aufenthalt,
Und hüllt in Schleyer eure Nacktheit.
Die hier allein reiſst Herzen hin:
Nur Sinne fesselt euer Zauber,
Läſst aber auch nur Eitelkeit zurück.
Wie Kräutersaft durch Circens Hand gemischt
Zur reinen Quelle sich verhält,
So hebt die Reinheit dieser
Sich über eure Lockungen empor.
Hier blendet Titan nicht durch seine Feuerströme:

Nein! Lunens sanfter Schimmer,
Mit dem sich nächtlich Au' und Flur versilbert,
Des Phosphors rosenfarb'ner Glanz
Zeigt sie uns da als Even,
Wie einst noch unbefleckt sie vor dem Vater stand.
Es schmückt Geradheit, kindliche Verschämtheit,
Und Offenheit, und Frömmigkeit
Die makellose, hellste Seele,
Die eine Schuld nie angehaucht,
Die ganz Erkenntniſs, ganz Verehrung
Der nahen Gottheit ist.
O! holdes Mädchen, das die Grazien-erzogen,
An allen Gaben der Natur so reich,
Du bist mir theurer als Armida,
Mir werther als der Mediceer Aphrodite,
Und neuer Liebreitz wächst beym Hochgefühl des Grams
Dir durch die heitre Wehmuth zu.

Nicht anders strahlt am Firmamente
Des Phöbus unzertrennlicher Gefährte,
Der Abendstern, wenn auf der ausgesteckten Bahn
Er ihm getreu zur Seite geht,
Und ihn bis in der Tethys Schooſs geleitet,
Als hier der Oberpriesterinn
Die zwote Eingeweihte langsam folgt.
An Jugend der Gehülfinn gleich,
Gleich am Costüm, als sie nicht minder reitzend.
Unbeschuht sind beyder Füſse,
Denn der Gebrauch der Sohlen ist
Ein Vorzug nur der Göttinnen.
Sag an! wo schloſs sich anmuthsvoller je ein Mund?

Wo glühte sanfter eine Wange?
Wo hob ein Hals sich blendender,
Wo off'ner eine Stirne sich empor?
In welchem Auge zitterte
Je reiner eine Thräne?
So zeigte sich die züchtige Diana
Endymionen einst, so Daphne auf der Flucht,
So Arethusa unverwandelt noch:
So grünte üppig in Corcyrens Gärten
Das vom Alcinous gepflegte Reis;
Idaliens Gefilde zierte so
Der Blumen Königinn, die Rose,
Wenn sie im frühsten Lenz die Knospe brach,
Sich röthete, schon Düfte umher streute,
Und schwellend alle Pracht
Des blätterreichen Schmucks entfaltete.
Die Fackel, Licht umher verbreitend, ruht
Erhaben auf der linken Achsel.
Sie hält das eine End'
Der Blumenkette mit dem Daumen fest,
Das andere die Erste,
Der Mitteltheil umschlingt die Urne:
Sich windend leicht von Arm zu Arm
Verbindet das Gehänge so
Geschmackvoll alle drey in Eins.

Erhaben glänzt, und schreitet auf dem Teppiche
Einher noch eine zwote Göttinn,
Mildthätigkeit ihr Nahme.
Matronen-Anstand leuchtet aus dem Anzug;
Im Antlitz ruhet hohe Würde:

Die Menschenfreundinn zeigt ihr Blick,
Er kündet laut den Willen wohl zu thun,
Den Drang Betrübten schnell zu Hülf zu eilen an.
Der Dürftige ist ihr willkommen;
Es weckt des Alters Schwäche ihr Erbarmen;
Sie sieht auf die verlaſsne Witwe,
Auf das verwaiste Kind herab;
Sie reicht den Labetrunk dem Kranken,
Und richtet den Gesunknen auf.
Ihr ekeln im Gewande nicht der Schmutz,
Nicht der zerriſsne Schuh,
Der braunen Hände Schwielen nicht:
Der leise Seufzer selbst entschlüpft ihr nie.
Sie freut sich stille Thränen aufzutrocknen,
Hört alle gütig an, und kennt
Das harte Wort Verweigern nicht.
Versenkt in herben Schmerz,
Viel im beklemmten Busen tragend,
Begleitet, abgeschwächt von Wehmuth,
Mit auf der Brust gefaltnen Händen,
Sie der geliebten Tochter Urne.
Auch dieser gab die gütige Natur
Ein ähnliches Gefühl, den gleichen Trieb,
Die gleiche Fertigkeit, mit stets gefüllter Hand
Bekümmernisse zu bezwingen.
Wie freundlich, ängstlich selbst, war oft
Sie Mutter, immer Trösterinn, der Elenden?
Wie kam verschämten Sorgen sie entgegen?
Sie trauerte aus angeborner Güte,
Wenn sie nur and're trauern sah.
Genug war es für sie, ein Mensch,

Geschaffen von dem ew'gen Vater,
Verwandt mit ihr durch die erhabne Stirne,
Und durch der Seele Unvergänglichkeit zu seyn.

Gekrümmt, mit trockner Haut, und mit entfleischtem Beine
Hängt an der Göttinn Arm, und keucht die Stufen
Ein blinder Greis, voll dankbarer Erinnerung
Hinan. Gedrückt durch Armuth,
Hinfällig durch die Zahl verlebter Jahre,
Müht, zitternd er, halb nackt, auf seinen Knotenstock,
Mit dem er seinen Pfad erspäht,
Gestüzt, sich hin zum Grabaltar,
Darauf auch seinen düstern Straufs zu legen.
Aus tiefer Brust tönt schluchzend seine Klage:
Warum vergönntest du mir, Schicksal! nicht,
Durch meinen frühern Tod
Diefs theure Leben zu verlängern?

Zur Seite steht, wie er bewegt, dem Blinden
Ein armes kaum dem zarten Kindesalter
Entwachs'nes Mädchen, oft das Händchen ihm,
Des schwachen Fufses Tritt zu sichern, leihend;
Des unermefslichen Verlustes schon bewufst:
Denn oft begrüfst' es jene sonst als Mutter,
Die es entrissen nun beweint.
Wie es die zarten Händchen faltet,
Sie zu dem guten Himmel hebt,
Der Asche ihrer Pflegerinn
Die letzte Ehre bringend,
Beschwörend die Verklärte,
Noch von der Sternenhöhe mild

Auf die Verlassene herab zu blicken!
Wie keinen Klageton das Flaumentäubchen gibt,
Wenn aus dem Nest die Ätzende
Mit Bley der Jäger stürzt,
Weil Angst und Furcht ihm jeden Laut verschlägt;
Es schweigt betrübt, und überlegt
Das Los der Folgezeiten hungernd:
So seufzt, stumm flehend und erblaſst,
Auch hier das unschuldsvolle Mädchen.
Die drey, in sanfter Krümmung
Am rechten Orte jedes hingestellt,
Umwindet zierlich eine zwote Blumenkette,
Und schlieſst damit in einen Kreis sie ein.

Ha! welcher Abgrund tiefster Trauer
Eröffnet sich zur Linken mir?
Wer liegt hier auf dem Löwen Libyens,
Und auf den Stufen hingeflossen,
In Thränen schwimmend, abgehärmt
Dem Schmerzen Preis sich gebend?
Sieh da! den Genius des gattinnlosen,
Unglücksel'gen Gatten;
Des Werkes deutungsvollster Theil, der Aufschluſs
Des heiligen Geheimnisses:
Der höchste Grad der Bildnerkunst,
Ihr letztes ausgestecktes Ziel.
Entkleidet ganz, wallt nur, nach Krieger Sitte,
Gewebt aus Pflanzenwoll' und gelb verbrämt,
Ein weiter Mantel auf den Schenkel ihm herab:
So zeigt, wenn lebhaft noch in mir des Bogenträgers
Und des Bezwingers Pythons Eindruck schwebt,

Sich der durch seiner Glieder Ebenmafs
Und ihren Umrifs so bewunderte Apoll.
Die schnellen Flügel haften ausgebreitet
An seinen Schultern fest; er stützt den rechten Arm
Gebogen auf des Wächters rauhen Rücken;
Sich überlehnend deckt der hehre Nacken
Der stolzen Mähne krause Zoten.
Christinens Seelenkraft und die erwies'ne Stärke
Bezielt, zum Vorbild gleicher Selbstbezwingung
Für den in Schmerz versenkten Gatten,
Der Löwe ruhig vor dem Eingang hingelagert.
Sanft fliefst der andre Arm zum Schild herab,
Auf dessen königliche Abkunftszeichen
Die Hand bescheiden weiset.
Erhöhter ragt der doppelte
Gekrönte Adler Österreichs hervor.
Gekrümmt verhüllt des Wapens Pohlens einen Theil
Des rechten Knies Bug und Scheibe;
Gerade sinkt das linke Bein herab,
Und frey hängt Fufs und Ferse,
Dem eigenen Gewichte überlassen,
Vor des Grundgebäudes Rand hinaus.
Die Steine habe Orpheus, so glaubte man,
Zum Tanz durch seiner Leyer Macht gereitzt.
Hier sprechen vollends die belebten Steine.
Hörst du es nicht, wie der Gemahl die Hallen
Mit lauten Klagen füllt,
Die eine Wunde ihm erprefst,
Die gröfser ist, als sie zu tragen
Vermögend selbst sein Geist und Alter schien?
Wie leidend, gram dem Irdischen,

Der Lebensfreuden überdrüſsig,
Er dem Verhängniss' es zum Vorwurf macht,
Nicht auch vom Tode hingerafft,
Nicht Schatten schon, mit der geliebten Gattinn Schatten
Vereint zu seyn. Er stöhnt:

„O! schwarzer, jammervoller Tag!
„Du brichst das oft den Weisheitsgründen treue,
„Das in dem härtsten Kampfe stets gepanzerte,
„Beklemmte nun und wünscheleere Herz,
„Selbst keines Trostes mehr empfänglich.
„Penelope, mein Licht!
„Du meine Hoffnung, meine Gattinn!
„Du Blume, Stütze meines,
„Mit Krösus Schätzen mir, mit Tonnen Goldes
„Verhaſsten, öden Daseyns.
„Du schönste unter deinen schönen Schwestern,
„CHRISTINE! Angetraute mir!
„Verehrt hab' ich dich Lebende,
„Beweine nun die Abgeschiedene.
„Ein süſses Eintrachtsband umschürzte beyde froh;
„Entzwey riſs Libitinens Neid den heil'gen Knoten.
„Uns flossen Jahre sanft und schnell dahin;
„Schon damahls fürchtete ich vor Cypressen mich,
„Both oftmahls meine Tage,
„Geliebteste! für deine an.
„O! schont doch ihrer, rief ich aus, und damahls kannten noch
„Die strengen Parzen Schonung:
„O! schont doch ihrer, und sie spannen
„Erbarmungsvoll noch lang den theuren Faden fort.
„Itzt erst, itzt schnitten ihn sie unerbittlich ab,
„Und fort noch wirbelt meiner an der Spindel.

„Du bist nicht mehr; ich überlebe dich,
„Ich — selbst mir fremd; so grofs ist dein Verlust.
„Bald aber folg' ich dir als Witwer nach;
„Schon wühlt mit scharfer Klaue
„Der Schmerz in meinem Eingeweide;
„Schon löset er — ich fühle es,
„Der Glieder irdischen Zusammenhang.
„O! du, die du das ew'ge Licht schon schauest,
„Obgleich unkörperlich, mir immer gegenwärtig,
„Sieh von der Höh' auf mich herab; umschwebe mich!
„Ein himmlischer Geruch, ein sanftes Säuseln,
„Ein das Gemach durchblitzend Flämmchen
„Verkünde ihrem Albert
„Christinens Gegenwart:
„Bis mich der ew'ge Vater
„In bess're Welten ruft,
„Und ich am grofsen Tag
„Mit dir im Fleisch' erstehe."

EPILOG.

Ich war's, der einst die grofsen Thaten Friedrichs,
Und seinen Glanz, die kleinen Flecken nicht verschweigend,
Nach einer ungewohnten Weise,
Und in dem Styl besang,
Den das verfeinerte Athen
In Paros Marmorplatten grub;
Hiernach des Palatins Verlust,
Und sein bejammernswerthes Enden,
Sein nie verhalltes Lob
Auf meiner Leyer laut, dazu nicht aufgefordert,
Ertönen liefs; ich war es, der ein Flammenwort
In Mitte schon des wilden Schlachtgetümmels,
Nach Habspurgs grofsen Hauses Würde,
Zu Hungarns Mächtigen, zu seinen biedern Bürgern,
Zu seiner auserles'nen Jugend,
Zum Wohl und zur Verherrlichung des Königs,
Zum Ruhm der heil'gen Krone Stephans sprach,
Und in's Gefecht die Kampfbegier'gen rief;
Ein Werk den blut'gen Zeiten angemessen,
Dem Schutzgeist Österreichs willkommen.
Mit Würde hab', aus eig'nem Antrieb,
Ich alles dieses ausgeführt.
Die Lieb' allein zum Königreich,
Nur Ehrbegierd' entflammte mich,
Nicht niedrige Gewinnsucht gab es ein;

K

Auch fiel nicht eine Krume
Der Muse zu; sie haschte nicht darnach;
Erhabner viel ist Musensinn.
Das Hochgefühl der Ehrfurcht für den König,
Der Wunsch, den Ruhm der sieggewohnten Nation
Auch diefs Mahl aufrecht zu erhalten,
Vermochten mich allein dazu.
Gefühl der Ehre gibt dem Freygebornen Kraft,
Lehrt selbst des Todes ihn nicht achten.
Und mein Gesang gefiel. —
Nun aber sind es Alberts zärtlichste
Empfindungen, Christinens Herz und Geistesgaben,
Die Wunder sind es, die im Tempel
Venedigs unerreichter Künstler aufgestellt,
Die, mich begeisternd, ich der fernen Welt
Mit Worten bleibend überliefere,
Und aufgelöst in seine Fäden
Das grofse Ganze des Gewebes zeigen will.
Erfreulich ist es anzuschauen,
Wie an die Zeiten Perikles
Die unsrige Canova reiht:
Entzückend ist es zu bemerken,
Wie, Babylon, Hetrurien, Korinth,
Dein Geist, dein Kunstsinn, deiner, Rom!
Zurück zu uns zu kehren sich bestrebt:
Der Kunstsinn, den die Rauhigkeit
Der Zeiten von sich stiefs,
Den schändliche Zerstörungssucht,
Barbaren Wuth vertilgte,
Und den der Stümper Neid
Und Dünkel kleinlich untergrub.

Ich sah das Werk; durchspähte sein Verborgenstes,
Ganz ging's in mich durch öfteres Betrachten über.
Unendlich grofs bey edler Einfalt
Liegt nur Gewicht in ihm,
Zusammenflufs vom Auserles'nen.
Bedeutungsvolle Wörter nur.
Nichts ist Gemein, Bekanntes schon,
Nichts knechtisch Nachgeahmtes,
Nichts Überflüssiges darinne;
Hier paart sich ausdrucksvolle Würde
Mit Glanz und Schönheit überall.
Ich sah's, und fordert' Alles eine Leyer gleich,
Die feuriger als meine tönte,
So wagt' ichs doch in einem Segelschiff,
In einem leichten Kahn vielmehr,
Ich Ruderer, ich Steuermann allein,
Des Meeres Tiefen zu befahren;
Vertrauend auf der alten Freundinn Beystand,
Versucht' ich es die Saiten anzuschlagen:
Getäuscht hat mich die holde Muse nicht.
Vollendet hab' ich es, und schenkt dem Unternehmen
Der beste Herzog seinen Beyfall,
Gibt mir der Adrier das Zeugnifs,
Dafs ich den tief hinein gelegten Sinn
Ergründet und getreulich aufgedeckt:
Mit stolzer Scheitel werd' ich dann
Bis an die Sterne reichen.
Europens Völker werden das Gedicht,
Es werden es die späten Enkel lesen.
Besungen liebt die Kunst zu seyn,
Und das Besingungswerthe schätzt die Welt.

Nun aber Muse! lebe wohl.
Bereits bemeistert sich
Der matten Glieder Ohnmacht:
Den Geist stumpft körperliches Leiden ab;
Mehr aber drückt ihn noch das graue Alter,
Das Klirren der gezückten Schwerter,
Und des nahen Krieges Wechselglück.

Enzenberg.

Geschrieben am 29. des Herbstmonaths 1805.

